NOBIL. ILLVST. STREN. Magnif. Ampl$^{mis.}$ & Prudentiſs. Dnnnn.

IIViris Præff. VIIvir. Coß. totique Clariß. Senatui Inclytis Imperial. Vrbis Auguſtæ Vindel. P.P.

Dnnnn. ſuis demiſsâ debitaque obſerv$^{a.}$ vnicè & perpetuò colendis.

E*Vndem librum eisdem Patronis rurſum dedicari, Nobil. Illuſt. Stren. Magnif. Ampliß. Prudentiß. Dnnnn. Duumviri Præff. VIIviri, Coß. vniuerſe hujus vrbis Ordo amplißime P. P. demiß^{â} obſeruantiâ colendi, non novum eſſe reor,*

 adeo-

adeoq́ue olim quàm hodie, fuiſſe frequentius: quò ſcilicet, pluris æternitas bonorum auctorum librorumque æſtimanda tùm fuit, omnia æternante typographiâ noſtrâ necdum inventâ. Certè memoriales libellos Scribæ 150. abhinc annis, & quod excurrit, non niſi magnâ cum moleſtiâ confeciſſe videri poſſunt. Nunc qua forma confici debeant, vt omnium vſui, etiam tenuiorum, ſeruiant libri, non malè fortaſſis diſpicimus. Hanc ego cogitationem animo verſans, Pharmacopœiam Reipubl. noſtræ (olim Diſpenſatorii nomine, etiam minori forma excuſam) auctam hodie & locupletatam, rurſum minori hac formâ, etſi maiori hactenus editam, æquè non incommodè foràs datum iri exiſtimaui. Inſeruiet, vt ſpero, ſi non rei Medicæ Primoribus; certè

certè tamen candidatis, ſtudioſis, Pharmacopœis, eisque, inſtar facundi comitis, pro vehiculo, aut in vehiculis quoque, adeſſe, & cum eis peregrinari, quocunque volent, poterit. Quicquid hujus operæ à me proficiſcitur publicis commodis ſeruiens, toti ampliß. Ordini, Magiſtratui huius vrbis Clarißimo, Dominis meis omni honore & obſeruantiâ meritißimò proſequendis dicare viſum: quod donariolum à ciue profectum, vniuerſus Illuſtris & Ampliß. Vrbis huius Ordo clementer in optimam partem vt accipiat, quanta poſſum animi demißione ſupplex oro & obteſtor, eidemque pacificam ſemper tranquillam, florentem Reipublicæ gubernationem ex animo voueo, meque ipſum imis precibus eisdem commendo.

DEDICATIO.

Dabam a. d. VI. Kalend. menſis à deductore Coloniæ Auguſtæ noſtræ denominati, A. V. P. CIↃ. IↃC. XXIII.

Nobil. Ill. Stren. Ampl. Magnif. Prudent. Veſtræ

Ciuis mer. lubmè obſeruans

IOHANNES KRVGERVS Bibliopola.

PRÆ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-134386-p0010-0

DFG